

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

VII. Decreta Eremitarum S. Aug. Provinciæ Bœticæ de instiutione
Magistrorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO
1691.

Confirmatio
relata Com-
pilationis.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

169

ANNO
1692.

harum serie absolventes, & absolutum fore carentes, hujusmodi supplicationibus inclinati omnes, & singulas Constitutiones praesertim, & in eis contenta quaecumque, auctoritate Apostolica tenore praestitum perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatem quarumcumque in similibus etiam de necessitate observandorum, aliosve quoslibet etiam formales, & substantiales defectus si qui in praemissis principaliiter, vel accessorie, aut alias quovis modo intervenient, seu interveniente dici, censi, vel praetendit possent, penitus, & omnino supplemus, & sanamus.

Clausula.

S. 4. Decernentes easdem praesentes literas, ac Constitutiones praesertim semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrum effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spe&abit in omnibus, & per omnia, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque preeminentia, & potestate fungentes, & functionarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus fit dicti Ordinis, aliquis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis etiam Ordini predicto, illiusque Superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliosve efficiacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium praemissorum quoniodolibet concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per classulas generales idem importantes, mentio, seu quevis alia expressio, habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, experimerentur, vel infererentur, iisdem praefentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes ad effectum praefantium, illis alias in suo robore permanens, harum serie derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

S. 6. Volumus autem, ut earumdem praefantium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habetur, qua haberetur ipsis praefentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die VII. Dec. MDCXCI. Pontificatus nostri Anno Primo.

VII.

Confirmantur quaedam Decreta Fratrum Eremitarum S. Augustini Provinciae Boemicae circa institutionem novorum Magistrorum.

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

Constitutio hic laudata, quo auctus fuit numerus Magistrorum extat Conf. ed. 1690. Jun. 21. Pont. 1. Similes Constitutiones habentur Conf. ed. 1690. Jul. 31. Pont. 1. pro Provincia Quiten. Et Conf. ed. 1692. Sept. 28. Pont. 3. pro Provincia Mexican.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciae Boemicae Ord. Fratrum Eremitarum S. Augustini quod cum alias fel. rec. Alex. Papa VIII. praedec. nosfer per quasdam suas in simili forma Brevis literas die 21. Jan. 1690. expeditas inducerit, ut de cetero senarius dictae Provinciae Magistrorum numerus ad duodenarium sub certis modo, & forma tunc expressis augetur, Capitulum Provinciale Provinciae supradicta novissime, videlicet anno 1691. habitum majori ipsius Provinciae bono, & decori unice intentum, ac ut incommodes, que exinde alias in tranquillitatis ejusdem Provinciae perturbacionem oriri potuissent, occurreret, conditiones, seu leges quasdam in Magistrorum hujusmodi institutione servandas proposuit per suum Decretum desuper emanatum tenoris, qui sequitur videlicet.

S. 1. Cum felicis recordationis SS. Domini Nostrri Alexandri Divina Providentia PP. VIII. Breve datum Romae apud S. Mariam Majorem die 21. Mensis Januarii anno proxime prateriti 1690. Sic incipiens: Ex injunctio Nobis &c. in Archivio Provinciae assertatum, Diffinitorio constiterit, & attente cognitum fuerit, in quo predicti Domini Nostrri benignitas huic Boemicae Provinciae favore cupiens illi concedit Magisteriorum numerum senariorum praeter aliorum sex numerum, quo Provincia haec plures abhinc annis fruebatur; quod cum inspectum diligenter fuerit, & a PP. Diffinitorii diligentia maxima revisum, predicti PP. decrevere dictam magisteriorum gratiam debere admitti, & acceptandam esse, sicuti de facto accipit, & admittit, his tamen servandis conditionibus: Quod predicta magisteria sunt taliter distribuenda, ut semper partialitas Provinciae ex his sex magisteriis, quatuor obtineat, unum partialitas Hispanensis, Estremadura autem partialitas restans aliud. Et ut distributio haec toto hat Justitia rigore, & subjectis dignioribus predicta magisteria conferantur, decrevit Diffinitorium, cui inest subjectorum clara notitia ad dicta magisteria numeralia, & ad sex alia, quibus potiebatur antea Provincia, non admittendos esse PP. quos non expresse, & specialiter ad magisterium numeri Diffinitoriorum postulaverit. Ad quem gradum nullus postulabitur à Provincia, qui duodecim annorum completorum spatio publicus Philosophiae, & Theologia Professor intra limites Provinciae non steterit, sexque generalium actuum Praesidens agnoscat, ex quibus conclusionum actibus, minus minus quinque Sacrae Theologiae esse debent. Et ne dispensationes, quas ut obtineant predicta magisteria PP. solent acquirere emeritorum jus enervantes fortiantur effectum, decernit Diffinitorium P. Reverendissimo supplicationem esse faciendam à quacumque, quam Sua Reverendissima circa hoc expedierit, dispensationem; ne qui predictum Lectoratus tempus impleverint, dignioresque inveniantur, Junioribus, qui tempus non compleverint postponantur, ex quo solent quaqueplurima dannata nasci, plurimæque seditiones oriri: statuit idem Diffinitorium predictam postulationem ad numeri Magisteria nullatenus efficiendam, quonsque aliquod ex predictis vacaverit Magisterium, quæ tamen postulatio a Diffinitorio plena facienda est, & pro

Dat. 2. Febr.
1692. An. 1.

Numerus
Magistrorum
auctus fuit ab
Alex. VIII.

Causa Decre-
torum.

Decretum
Capituli Pro-
vincialis.

subjectis earumdem partialitatum, quarum erant præcedentes PP. Magistri vita fundi. Et tandem, ut Magisteriorum provisio rectius fiat ex duodecim numeralibus Magisteriis, quibus Provincia fungitur, ex quibus sunt sex antiqua, & noviter concessa sex, Diffinitorium Partem Reverendissimum existentem, & pro tempore exiturum exorat, ut quando vacare contigerit numerale Magisterium, Magistrum constitutum unum ex duobus, vel tribus, & non amplius a Diffinitorio proponendis, tanquam omnibus requisitis instrutoribus, & dignioribus, quin P. Reverendissimus existens, vel extitimus possit obligare Provinciam, ut plures alios proponat, quam illos, quos pro prima vice ad Magisterium numerale postulavit. Quem tamen ordinem servandum rogat non solum in noviter concessis Magisteriis, sed etiam in antiquis, quæ pacifice posidet Provincia. Quibus conditionibus a P. Reverendissimo benigne admisisse gratia Sanctissimi Domini Nostri, & non alter (ob incommoda gravia inde absque dubio in pacem Provinciæ progignenda) admittitur, ita taliter quod si Pater Reverendissimus has conditions renuerit acceptare, decernit Diffinitorium ad SSmam recurrentem, enixe rogans ut Breve prædictum nullius sit roboris, efficacie nullius; Si autem Pater Reverendissimus prædictas approbat conditions, statuit Diffinitorium Sanctissimum D.N. exorandum, ut dispositio hæc sua confirmatione stabilis perseveret, simul præcipiens, quod ex duodecim Magisteriis numerabilibus ad partialitatem Provinciæ octo pertinente duo ad Hispanensem, & alia, quæ super sunt duo ad partialitatem Espaniæ. Et subinde dictus filius Fulgentius Travalloni Prior Generalis dicti Ordinis suum pariter Decretum super præmissis edidit tenoris sequentis, nempe: *Magister Fr. Fulgentius Travalloni a Monte Elpary Georginas totius Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti P. N. Augustini Prior Generalis. Inspectis retroscriptis actis capitularibus nostra Provinciae Boeticae, ac de consilio admodum RR. PP. nobis Assistentum serio, ac diligenter examinatis, primo annuendum, & laudandum censuimus, quod Breve Apostolicum Alexandri fel. rec. Papæ VIII. de extensione Magistrorum ad numerum duodenarium sub conditionibus expressis in primo Decreto executioni mandetur. Ita tamen, ut pro singulis locis Magistrorum de numero duodenario, quoties vacaverint, tres ad minus viri doctrina, & statutis conditionibus prædicti a pleno Diffinitorio proponantur, & postulantur, ex quibus ad Reverendissimum Patrem Generalem pro tempore existentem aliquem eligere, atque in Magistrum numerarium instituire spectabit, prout meritorum, laborum, & boni Provinciæ ratio postulaverit.*

§. 2. Cum autem sicut eadem exposicio subiungebat, ipsi Exponentes Decreta hujusmodi quo firmius subsistant, & serventur exactius Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta a memoratis Capitulo Provinciali, & Fulgentio Priore Generali edita, ut præfertur, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentum confirmamus, & approbamus, illis que inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur ad-

jicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervererint supplemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabilitatem observari: Sicque in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboris statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostollicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infinitis habentes, illis alias in suo robore permanfuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariais quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II. Febr. MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

Decretum
Prioris Gen.Preces PP.
Provinciæ.Confirmatio
relatorum
Decretorum.

VIII.

Permittitur Moderatio particulae Constitutionum Ord. SS. Trinit. Redempt. Captiv. Discalce. Congreg. Hispaniæ de nonnullis ad habitum non recipiendis.

Dictæ Constitutiones confirmatae fuere a Clemente X. Conf. ed. 1676. Jul. 1. Et a Clem. XI. Conf. ed. 1719. Decemb. 6. P. 19. confirmatum Decretum circa mutationem habitus Donatorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

E Xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus a Jesu Procurator Generalis Congregationis Hispanie Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Capitulorum, quod in Constitutionibus dictæ Congregationis a fel. record. Clemente PP. X. Praedecessore nostro per quasdam suas in simili forma Brevis die prima Iulii 1676, expeditas literas in forma specifica confirmatis, cap. 42. §. 2. ubi agitur de personis ad habitum per fratres eiusdem Congregationis gestari solitum non admittendis, inter cetera disponitur hoc verborum tenore: *Nec etiam admittantur Neophyti, nec qui descenderit per lineam rectam in quolibet gradu a Iudeis, Hereticis, Mauris, vel Mauris, nec ullus, cuius Praedecessores per lineam etiam rectam, ac in quolibet gradu ob heresim, vel Iudeismi, vel Sectæ Mahometanae crimina puniti fuerint ab heretico prævatis Inquisitoribus: Quod si aliquis ex dictis in hac Constitutione celans aliquod ex prenarratis impedimentis, professionem fecerit apud Nos, statim ac detegatur tale impedimentum, ejiciatur, quia Religio non præstat suum confessum ad tales professionem. Quapropter omnes in publico coram Communitate moneantur ante receptionem habitus, & etiam ante professionem, quod si habent aliquod ex impedimentis in hoc numero enarratis, professio (etiam si fiat) invalida, & nulla est, quamvis pluribus annis in Religione sint.*

¶. Cum

Dat. i. Marci
1692. An. i.Constitu-
tiones a quo
confirmatae,
& particula
prædicta.